AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
Österreich, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift



suggerit spontaneos fructus ministrat quos non seueris.
Multiplicatum quoque reddet quod acceperit. Negare
tibi pecuniam numeratam non licet. quomodo licet ac
ceptam non referre gratiam. In proverbiis quoque ha
bes. quod ita plurimum redibitio ista gratie apud deum
consueuit ualere. ut etiam in die ruine inueniat
gratiam. quando possunt preponderare peccata.
Et quid aliis utar exemplis. cum dominus ipse remu
nerationem uberiorem sanctorum meritis in euangelio pol
liceatur atque exhortetur. ut operemur bonum opus
dicens. Dimittite et dimittetur uobis. date
et dabitur uobis. mensuram bonam et confertam commotam
superaffluentem dabunt in sinum uestrum. Itaque et
illud cum uiuiuus salemonis non de cibis. sed de operibus
est bonis. Quo enim melius epulantur animi. quam
bonis factis. Aut quid aliud tam facile potest iustorum
explere mentes quam boni operis conscientia. Qui autem
iocundior cibus quam facere uoluntatem dei.
Quem cibum solum sibi dominus habundare memorabat.
sic scriptum est in euangelio. Meus cibus est ut faciam uoluntatem
patris mei qui est in celo. Hoc cibo delectemur. de
quo ait propheta. Delectare in domino. Hoc cibo

de conuiuio sa
lemonis.